



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesv instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de
Coloniæ Agrippinæ, 1602**

In Serrato Monte vestitum mutat. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

que purissimæ eius Matri, feruens spiritu consecrauit: cuius beneficio eam proisus integram (vt paulò antè dictū est) semper obtinuit, tantum & deuotionis ardor, & piū ipsius Virginis patrociniū apud Deum valet.

IN SERRATO MONTE
vestitum mutat.

CAPVT IIII.

VT venit in Serratū Montem (is locus Dei genitrici dicatus) tunc re vnus diei Barcinone distat, estque peregregio Benedictinæ familiæ cœnobio & religionis causa eò confluētium concursu maximè celebris) ibi optimo confessario totius vitæ suæ crimina per triduum ex scripto cōfessus est, illiq; homini omnium primo animi sui propositum aperuit; iumentum reliquit, gladium, pugionemque, quibus mundo meruerat, ante aram beatissimæ matris Dei appendi iussit. Prius die verò eius diei, qui hominibus, verbo Dei incarnato, salutis iniriū attulit, anni 1522. noctis tenebris tectus, quàm occultissimè potuit, ad mendicum quendam, pannosumque hominem adit: suas vestes sibi detractas illi dono

dono

dono dat: ipse verò optato illo suo
 fumento induitur, & ad sacram di-
 nã matris aram consistit. Cùm autem
 in prophanis libris legisset ritum, quod
 noui milites olim inaugurabantur,
 eius ritus imaginem quandam spiri-
 tualiter in se repræsenteret, non
 contra diabolum armis accinctus, pro-
 sim stans, partim in genua procu-
 bens, totam noctem illam coram
 cratissimæ Dei genetricis imaginem
 insomnem duxit, se illi commẽdantem
 sua flagitia deslens, meliora animam
 concipiens, ac ne à quopiam agnos-
 posset, mane ante lucem (non quidem
 recto itinere, quod Barcinonẽ ducit
 sed deflexo) in oppidum Minorciam
 quæ hodie Mantesa dicitur, & à Monte
 Serrato nouem passuum millibus
 distat, festinus diuertit, vili tegumẽ
 ex tela (vt diximus) tectus, baculo ar-
 matus, fune præcinctus, nudo capite
 & pede altero. Nam alterum, quod ex
 recẽti vulnere infirmum haberet ad-
 huc, & crus fascijs conuolutum, singu-
 lis noctibus intumesceret, calceò ad-
 uersus cæli, solique iniuriam munien-
 dum sibi existimauit. Vix à Monte Ser-
 rato tria passuum millia processerat,
 eum illum inusitato gaudio expletum,
 & ne-

& noui habitus letitia gestientem homo quidam curriculo consecutus, percontari coepit, dedissetne dono vestes suas egeno cuidam, quem hoc ipsum affirmantem, Praetor in vincula coniecerat, furto ab eo sublatas arbitratus? His auditis, Ignatius vultum, vocemque mutauit, & lachrymas etiam profudit, illud apud se etiam atque etiam cogitans, ne potuisse quidem se sine damno alterius & iniuria benefacere. Ex quo periculo, ut immerentem hominem eriperet, vestes se dedisse confessus est: neque tamen quisnam, unde, cuias esset, interrogatus, aliud respondit: cum haec ad miseri hominis liberationem nihil pertinerent.

DE VITA AB EO
Manrese instituta.

CAPVT V.

MAnresam ubi peruenit, in Xenodochio mendicorum hominum pedem primo fixit, ibi sese ad strenuè secum, & cum diabolo decertandum comparauit: nihilque prius habuit, quam ut genus suum, praeteritaque vitæ rationem occultaret, & omnib. igno-
tus de-